



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

[XLVII. Punitur Monachus S. Henrico detrahens.]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

Punitur *Monachus S. Henrico de-  
trahens.*

**N** Monasterio Beati Petri, quod Merseburgensi ciuitati contiguum est, res talis accidit, cuius fe-  
rē omnis congregatio meminit, ipseq; frater, de  
quo sermo est, adhuc superstes inquisitus, cum  
gemitu referre consuevit. Cūm festum Beati H E I N R I C I , pa-  
ri voto, longè lateq; omnes terræ illius Ecclesiæ, ritu festiuo-  
re, colendum exciperent; eadem, quanto vicinior, tanto in  
laude illius prompta, pro suo posse, cœpit esse ornatior. Sed  
quia impossibile est, vt in prosperis quis, quamuis iustus,  
quamuis sanctus, liuorem effugiat, Frater quidam, inuidie  
stimulis actus, eius sanctitati non timuit derogare, & modis  
omnibus, eius, quantum in ipso fuit, reniti gloria, in tantum,  
vt ea die, cultiora quæque, (quia tunc custodis officio fungen-  
batur) occultaret, & signorum grandium consonantiam præ-  
pediret. Sed non diu frater ille impunè D E I , & Beati H E I N-  
R I C I tulit offensam. Nam cœpit subito toto corpore fere  
quinque sensuum officio priuari: deinde animi rigore laxato,  
palam omnibus D E I iudicium in se protestari, sicq; necdum  
ad perfectum sanatus, aliquantulum in melius reparari.

CAPVT XLVIII.

## *Apparitio S. Henrici.*

**G**o, quod subiungam, ipso, de quo dicturus sum,  
Episcopo referente, D<sup>o</sup> teste, cognoui. Cum  
Polonia iugum imperij, vtpote gens rebellis &  
effera, & magis saltuum & paludum inuis, quam  
virium robore confusa, de ceruice sua niteretur excutere : ad  
reprimendam eius contumaciam gloriosus Imperator Fri-  
dericus animum intendit. Cumq; indicta generali expeditio-  
ne, copiosus à diuersis Regni partibus contra<sup>c</sup>us esset exer-

#### H *citrus*